

COERCITA.

A Vide Tit. Magistri avaritie vitanda circa Fetus. Patavini, Momie pietatis vulgo dicto circa ann. mcccclxi. in futuro, Judaeorum xxii. mensis feneratorias, quintam fortis annuatim exigentes, sustulere, montes vigesimam tantum accipiente. Bern. Scard. l. 2. biff. Pat. classe 5.

NULLA.

Indi ad usuram pecuniam non locant, neque accipiunt, neque Syngraham, aut depositum faciunt. Aelian. l. 4. de varia bistor.

PERMUTATIO.

Veteres mercibus res invicem commutare, vel coriis bouum nummorum loco, aut bobus, pecudibusque ac ferreis virgis usos comperimus, Homeri testimonio, qui res centu, & affirmatione dignas, non pecunia, sed boum & pecudum numero taxavit, & Achivos non pecunia, nec aere signato, sed rudi massa aëris, vel ferri vinum mercatos, & cum mancipiis permittasse scribit. Cujus auctoritate Ulpianus de contrahenda emptione, etiam sine pecunia fieri emptionem asseverat. Armeni, Scythæ, Seres, & Sarmatæ, non intercessu pecuniæ res emere, sed rerum commercio permutare, assueverunt. Deserta enim, & vacua cultoribus loca, hominibusque infrequenta, magis quam urbes incolebant. Massyli vero in Aphrica populi, pecora, & mapalia pecuniæ loco habuisse feruntur, cum quibus merces saepe mercatorum commutabant. In Britannia gens inhospita, juxta Seylliram insulam, permutando dabat necessaria, & accipiebat. Alex. l. 4. c. 15.

Negotiatores olim in mediterranea salem importantes, mancipia reportabant a barbaris. Et Thraciæ genti peculiaris erat mos, mancipia salem commutare. Unde comicus quidam: Opaz egyptus a, apis adæ ippanacubus.

Generosus est Thorax, sale redemptus scilicet, Ex Zenodoto Erasmus in Adagiis.

EMPTIO, VENDITIO.

De Contractibus Emptionis, & Venditionis Alex. lib. 4. cap. 15. Vide Tit. Fidei, & Perfidia in Emptione, & venditione.

CUJUS REI. QUOAD

Substantiam. Venditio

Agri.

HIEREMIAS propheta, obsidentibus Hierosolymam Babylonis, iustus agrum emere Hanameel patruelis sui à Domino iudicii ergo, quod licet exciis à Chaldais urbe nihilominus in integrum restitueretur; appensis xvii. argenti siclis agrum emit, & presentibus testibus Baruch scriba, & minister Hieremia, libros duos emptionis, alterum ob signatum, alterum apertum, hunc cognitionis, illum fidei ergo, fictili ollæ indidit, uti vel sub terra desolata instrumenta conseruarentur. Hieron. l. 6. com. in Hieremias c. 32.

Domus.

Domus venditionis leges apud Israclitas, Levit. c. 25. Frumenti. Apud Rom. fuit Hasta salutis, ubi in summa inopia hasta posita, publicè frumentum veniit. Alex. l. 3. c. 16.

D

Hominum.

Consule Locum Servitutis.

Cajus (ut Boetius auctor est, ita scribit:) Mancipatio est imaginaria quædam venditio, quod ipsam jus Romanorum est civium: eaque res ita agit. Adhibitis non minus quinque testibus civibus Rom. puberibus, præterea alio quidem conditionis, qui libram aneam teneat, qui appellatur Libri-pens. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo, sique mihi emptus est hoc ære, aneaque libra; deinde ære percussit libram, idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi precii loco. Hotom. de Verbis juris.

Numerum.

Aversione, vel per aversionem emere, locutio est à Jurisconsultis usurpari solita, cum res multa simul, atque accervatim uno precio venduntur, multas autem intelligo, sive illæ plurium sint generum, sive unius: sed numero, aut pondere, aut mensura dividantur. Aconius hac in re vocem Semel usurpat, Sædotes, inquit, spem lucri sui secuti, bona condem-

natorum semel auctionabantur: ac postea singulas quasque res populo vendebant. Ab averrendo ducto etymo, cum E omnia simul & universæ, tanquam per curriculum avertuntur. Unde univerfa dicuntur proprie, quæ unum in locum sunt conversa. Ibi.

Possessionem, Emptio. Venditio rei Incerta.

Alea emptio dicitur à I. C. cum incertus eventus emitur: veluti cum piscator jactum retis vendit, vel aucops pantheram, Hotom. de verbis juris.

Milefii juvenes jactu retis empto, cum tripodem piscatores aureum extraxissent, septem sapientum censuræ occasionem dederunt. Laert.

FORMA EMPTIONIS. HUC

pertinet.

Proscriptio, Præconium.

Olim qui fundum proscribebant venalem, præconem edocebant, quibus dotibus esset ager commendabilis, quam salubri ceelo, quam comodo situ, quam fertili solo, quam bene ædificatis villis. Themistocles, cum fundum venderet, iussit hujusmodi dotibus & illud adici: quod haberet bonum vicinum. Eras. in Adag.

Romæ in sectionibus primùm Portenæ regis bona proclamabantur, eò quod rex ille pace cum Rom. facta, castra illis comœatu referat donaverit. Quæ dum quatuor post regis discessum vendidissent, memoria saltem grata talis auctio inter cætera urbis solemnia celebrata fuit. Plat. in Publicola, Liv. & Sab. l. 6. En. 2.

Indicium.

Manceps, inquit Fessus, dicitur, qui manu capit: qui quid à populo emit, conducitque, quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse. Qui idem præci dicitur, quia tam debet prestare populo quod promissit, quam qui pro eo præci factus est. Hotom. de verbis juris.

Pactum, Conditiones.

Terram perpetuum vendi apud Israclitas Domini lege interdicitum fuit. Nam mea terra est, inquit Dominus, vos mihi peregrini estis, & convenæ. Quare in omni possessionum veterum solo redimendi soli jus conceditur. Levit. 25.

Mancipationis, & vulgaris emptionis illa fuit differentia, quod in illa evictionis periculum præstabatur: in hac, non præstabatur. In illa dupla ipso jure auctoritatis nomine dabatur, in hac primùm non nisi stipulata fuisset; postea tamen propter consuetudinis assiduitatem in empti venditii iudicium etiam tacite, & vi bonæ fidei actionis veniebat. Cum res mancipio non dabatur, periculo emptoris ea fuit: neque evictio ab emptore præstari solita. Quod si mancipatio adhiberetur, & res postea evinceretur. Paulus l. 6. Sent. 2. cap. 7. scribit, venditorum auctoritatis nomine duplo tenus obligati. Hotom. de verbis juris.

PERSONÆ VIDELICET

Ementes.

Mancipes sunt, inquit Aconius, publicanorum principes, Romani homines: qui quæstus sui causa, si decumatas redimunt, Decumani appellantur: si portum, aut passum publicum, Portitores, aut Pecuarii: quorum ratio Scriptura dicitur. Hotom. de verbis juris.

Apud Thucydios si quis domum emerit, vel vendiderit, sacra facere in Apollinis Epicomæi fano: si vero prædium, in vico quem inhabitat, & jurare coram magistratu solet, quod reverrà justè emat, vendat, nec fraudulenter agat, nec aere, dolore utatur ullo. Stob. serm. 42. ex Theoph. scriptis.

Vendentes. Qui vendunt

Sua.

Apud Cæcætas opifices onera gestant, donec occurrat, qui emat. Eras. in Adag.

Alicna.

Propola si sunt, de quibus sub Commutationibus Mechanicis. TEMPU S. QUANDO. Sauromatæ inter popula filias vendunt. Eras. in Adag. * CEN.

* CENSUS. ET ILLIUS SPECIES.

A Censuræ est percipiendi annuum pensionem ex re, vel persona alterius. Ea dividitur generatim in reservativum, quando quis dat rem suam, at transfert dominium directum, servata sibi pensione annua. Et Consignativum; quando quis super bonis suis, quorum retinet dominium, vel personam suam, alteri jus pensionis consignat. Et de hoc potissimum Censuræ accipitur.

Estque varius, primo ratione materiæ, dividitur in realem, Personalem, & mixtum. Prout super re aliqua immediate, aut super Personam, vel super utramque fundatur, & consignatur.

Secundò alius est fructuosus consistens in frumento, vino &c. alius pecuniarius, qui in pecunia solvitur.

Estque tertio, vel certus, usque in determinata fructuum vel pecuniarum portione: vel incertus, videlicet tertia, vel dimidia pars illorum.

Denique ratione temporis, alius est redimibilis, alius non redimibilis, qui vocatur census perpetui, ut distinguntur B contra temporales, qui vel ad certum annorum numerum, vel ad vitam alicujus, aut plurium annorum durat.

* C A M B I U M.

Cambium generatim idem est, quod Permutatio. At usus obviat, ut pro permutatio Numismatum accipiat: ut & definitur, Permutatio pecuniæ pro pecunia. Sic tamen, ut omnis alius contractus onerosus, nomine permutacionis sic non accipitur, puta emptio, venditio, &c. sed duntaxat, ut sit ultro, citroque dato rei pro re.

Cambium aliud est reale, aliud fictum. Siccum dicitur, quod caret iusto titulo ad lucrum faciendum, nempe dum fo ratio habeatur temporis, aut fingitur alibi solutio faciendæ, & fit eodem loco de usura.

Reale est permutatio pecuniarum, ex qua lucrum sperari potest. Estque aliud Minutum, dum permutantur numismata diversæ speciei, & rationis: puta aurea cum argenteis, æreis, rafa cum integris, &c. Aliud verò Locale, sive per literas, quando permutatur pecunia præsens cum absente.

Cambia ficta vocantur per bullam Pii V. quam refert Navarrus cap. 7. num. 300. ubi etiam quasdam conditiones recenfer pro realibus Cambiis, ut iusta habeantur. Quam bullam suffecerit loco præfenti indicasse.

* ALII CONTRACTUS

IN PARTICULARI.

Locatio est contractus, quo quis personam tam suam, quam servi, sive Rem tam mobilem, quam immobilem ad usum, vel fructum precio concedit. Huic respondet Conductio, qua res, vel persona ita comparatur.

Emphyteusis quod idem est quod insilio, implantatio, vocatur contractus, quo conceditur res immobilis cum translatione domini utilis, retento directo: sub onere certæ pensionis propiciatorio solvendæ. Idque vel in perpetuum, vel ad certum tempus, quod decennio non fit minus.

Feudum est concessio rei immobilis, aut æquivalentis cum translatione utilis Domini, proprietate retenta, sub onere obsequii, & fidelitatis exhibendæ, videatur Julius Clarus de Feudo, q. 4. §. 5.

Conditiones horum contractuum videantur apud Navarrum in manuali, Lessium de Jure, & Justitia, & similes summissas.

D Contractus Societatis est conventio duorum, pluriumve, ad conferendum aliquid in usum, vel quantum commune, contracta, & perficitur solo consensu expresse, nec aliam formam requirit, nisi quod necessarium sit, ut quod confertur, sive pecunia, sive instrumenta, v. g. navis, equi, &c. sive animalia, sive quecunque alia bona; confertur in commune, cædaturque in dominium singulorum. Item ut lucrum, & damnum, commune sit, fiatque eorum divisio ad proportionem collatæ fortis.

Ludus, ut est in contractibus, definitur contractus, sive pactum, quo ludentes inter se paciscuntur, ut victori cedat, quod uterque deposuit.

Sponsio est contractus, in quo duo, vel plures de veritate, aut eventu rei cuiuspiam contententes sibi vicissim aliquid spondent, ut id ejus sit, qui veritatem fuerit assecutus. Duo hi contractus sunt jure naturæ liciti, motu debitis modis, & conditionibus fiant. De quibus videatur post alios L. Lessius l. 2. c. 26. de Jure, & Justitia. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

TESTAMENTA. Eaque vel FACTA.

Ex loco Fidei, & Perfidia in Testamentis huc quædam. Respectu Materiæ legatorum.

Aleator quidam moriens (quasi partum fuisset, in vita lussisse) testamento religiose cavet, ut detracta cadaveri suo cure, ossibusque omnibus exemptis, ex his testera fierent: ex illa verò membranisque omnibusque, mensa, alvocolus, strigillaque, quanta fieri posset diligentia, congerentur. Paschasius lib. 1. de Alea.

Respectu Formæ.

Tria veteribus fuisse testamentorum genera. Unum, quod calatis comitis fiebat: alterum, quod per as, & libram, libripendi adhibito, & emptore familiæ: tertium, quod procinctum vocabatur, cum milites ituri in prælium, nulla legum solemnitate, tribus, aut quatuor adhibitis, rapim apud commilitones testabantur: qui mos talis erat, ut milites, cum decernere parant, antequam togam circumcingerent, aut clypeos arripent, tribus, F aut quatuor audientibus heredem sibi nuncuparent, si quid in acie fecus eveniret. Alex. l. 3. c. 4.

Respectu Personarum, ipsius scilicet

Legatis, qui legare possunt.

Solonis Atheniensis probatur lex testamentaria. Etenim antea non erat jus Atheniensibus testamento condere, sed familiæ defuncti pecunia, & hæreditas relinquendæ erant. Hic liberum fecit, non extantibus liberis, cui visam esset, sua donandi, amicitiamque propinquitati, & gratiam præstitit necessitati, pecuniamque mancipium fecit possessorum. Nec indefinitè tamen citra delectum dare indulgit: sed fit non per mortuum, vel medicamentum, nec vinculis, vel vi attrictus, vel uxoris inductus esset blanditiis. Plat. in Solone.

Pius II. eorum Cardinalium testamenta, qui Romæ decessissent, libera esse voluit: qui incestati obissent, eorum bonis demum referri in ararium est passus, si nec propinqui comparuissent. Campanus in ejus vita.

Legatarii. Cui legatur.

R E S C I S S A.

De bis sub loco Justitia, & Injustitia circa Testamenta.

NULLA.

Jus testamenti à Carolo Magno Saxonibus ademptum, à G Ludovico Pio Imp. restitutum. Amilius lib. 4.

* CONTRACTUS, QUIBUS NON

TRANSFERTUR DOMINIUM.

Depositum est res, quæ alicui traditur custodienda: & contractus, quo repositur, quod custodiat est traditum. L. I. depositi.

Commodatum vocatur tum res ipsa, cuius usus alteri conceditur: tum contractus, qui est rei alicujus quoad usum solum, gratuita concessio. Unde à mutuo in hoc differt, quod res tradita sit eadem numero restituenda, sique tam rei immobilis, quam mobilis. Non ita mutuum quod circa mobilia sit, & diversum numero restituit, ac dominium transfert: hoc enim mutuum est, quod de meo fit tuum.

* CONTRACTUS SUBSIDIARI.

RELIQUORUM.

Quos utique confirmant, & securiores reddunt. Fidejussio est alienæ obligationis in se susceptio, qua se quis obligat ad eam implendam, si debitor principalis non solverit. Vide Gomezium, Tom. 2. cap. 13. num. 41. & perficitur verbis tanquam formula. Quamvis jure, & in foro conscientiæ sufficiat consensus, qui autem postulat fidejuberet, videatur apud H Navarrum, Lessium, & alios.

Asscuratio est alieni periculi præstatio, vel contractus, quo quis alienæ rei periculum in se suscipit: obligandus se, vel gratis, vel iusto precio ad eam compensandam, si perierit.

Pignus est res, quæ traditur Creditori, sive obligatio, quæ ex contractu in re nascitur.

Hypotheca, quæ sine traditione, muda conventionione, continetur. Hoc tamen duo ista differunt, quod pignus fit rei mobilis, hypotheca immobolis. Quamvis hæc nomina in jure passim pro istdem usurpentur. Videatur L. I. §. ultime. Quæ res pign. vel hypot.

CONTRACTUS QUOSQUONQUE INJUSTOS

Rescindere.

Peto ex Loco de Actione, integro Titulo.

* Contritio. Compunctio.

Ue est prima pars Penitentia.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Contritio Graecè οὐ τρυφή. definitur à Cone, Trident. Sess. 14. c. 4. dolor animi, ac detestatio de peccatis commissis, cum proposito non peccandi de cetero. Dolorem intelligunt Theologi summum, non intensivè, sed appetitivè, videlicet, ut quis sit paratus potius subire quodvis malum quam peccare. Item debet esse detestatio de peccatis, ut sunt offensà Dei, quem super omnia amare oportebat. Vide infra discrimen inter Contritionem, & Attritionem.

CONTRITIONIS VIS, ET DIVISIO.

Rectè penitentem quidquid post purificationem contrahit fordis, oportet, ut abluit saltem lacrymis mentis. Sciat se culpabiliter durum, qui desit mortem amici, vel dama rei temporalis, & dolorem peccati non ostendit in lacrymis. B Non erit ergo, ut quis se excuset, se non habere fontem lacrymarum, qui lacrymis ostendit dolorem temporalium. Aug. lib. de Penitentia.

Ad penitentiam agendam non sufficit mores immutare in melius, & à factis malis recedere, nisi etiam de his, quæ facta sunt, satisfaciatur per penitentiam dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosynis. Item.

Compunctio duo sunt genera, quibus anima Deum sicutis prius timore compungitur, post amore. Prius enim in lamentis sese afficit. Quia dum malorum suorum recollit, pro his perpeti supplicia æterna pertimescit. At verò cum longa mortis amantitudine fuerit formido consumpta, quædam jam de præsumptione veniæ securitas nascitur, & in amore celestium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat, ne duceretur ad supplicium, postea amarissimè flere incipit, quia differunt à regno. Greg. 13. Dialog.

Alia est compunctio, sive contritio, quæ per amorem nascitur: alia, quæ per timorem: Quia aliud est supplicia fugere, aliud præmia desiderare. Sæpe quod torpentes latuit, flentibus innotescit, & afflicta mens certius invenit malum, quod fecerat, & reatum suum, cujus secura non meminit, hunc in se commoda deprehendit. Greg. 18. Marul.

Cæterum definitio superius data est Contritionis in genere. Ea que dividitur in contritionem propriè dictam, qua mala voluntas omnino velut conteritur, & annihilatur: & improprie dictam, quam Theologi dicunt Attritionem, quæ imperfectam præ voluntatis displicentiam importat: & non concipitur uti prior, ex turpitudine peccati, quatenus est offensà Dei, quem summè diligere oportebat, adeoque tantquam summi, & maximi mali: neque etiam summus dolor habetur, sed is animi motus dicitur, quo dolemus de peccato non tanquam de summo malo, neque quatenus est offensà Dei qui summè erat diligendus: sed qui concipitur ex turpitudine ipsius peccati, vel ex gehennæ, & penarum metu, ob amissionem bonorum spiritualium, puta gratiæ Christi, & vite æternæ.

Hoc autem interest inter Contritionem, & Attritionem, quod hæc cum sacramento ad peccati remissionem sufficiat, dummodo tamen includat detestationem peccatorum, & propositum de cetero non peccandi, ex motivo aliquo supernaturali. Alia distinctione inter hæc species contritionis, ex supra dictis facile est colligere.

EFFICACIE EXEMPLA. HISTORICA.

Ernestus Alemania dux, Luitpoldi filius, casu in venatione sagitta emissa vulneratus interit, summæ pietatis specimen exhibens fidelibus cunctis; quod memoratu dignum verbis istis Dinarus descripsit. Hic, quæ mortem sibi imminere percipit, socios vocat, ut reo parcerent, supplicat. Et quia hic tunc presbyterum, cui sua confiteretur peccata, non habuit, unum ex militibus hujus vice propius accedere iussit. Quem cum adesse perciperet, per eum vocavit alios: Omnes, inquit, accedite, & commortalis vestri peccatorum facta aure cordis percipite, & qualiter curentur, unanimiter succurrite, absentibusque cunctis fidelibus peccatricem meimet animam quæ-

so commendate, & uxorem meam, ut honorem suum servet, & mei non obliviscatur, admonere. Hæc dicens, in quoscumque unquam se aliquid deliquisse recordari potuit, cunctis presentibus innotuit, & mox de hac luce xi. Kalend. Junii discessit. Hic juvenis ut spero, felicem habet animam, cui (sicut ipse vivens testatus est) plus placuit coram multis hic crudescere, quam coram omnipotenti Deo latere, &c. Baron. Tom. 11. Annal. Eccl. an. 2015. 4.

In Franciscanorum historiis legimus, non longè post illius Ordinis initia contigisse, quòd tempore, quo Bertoldus vir ejusdem familiz insignis, in Germania inter prædicandum Dei verbum actus in vitium quoddam invecus esset. Mullier, quæ eo vitio tenebatur, penitentiam, ac contritionis vi in media concione mortua concidit. Verum cum omnibus in preces procumbentibus, paulò post revivisset, narravit mortis causam, justamque se ad corpus redire, ut peccatum illud confessione exoraret; adjecit etiam tumalia multa, quæ viderat, tum illud in primis horribile, & dictu etiam mirabile; cum ipsa ad Dei tribunal accessisset, adacta simul esse sexaginta animarum millia, quæ in omnibus mundi partibus fidelium, & infidelium variis casibus excesserant ex hac vita, atque ex his omnibus tres tantum additas purgatorio, reliquis omnes ad ignem æternum damnatas, unum autem ex Franciscanis fratrum eodem ipso quoque temporis articulo defunctum per purgatorii quidem locum transisse, sed tamen non modo sibi diutius non commoratum, verum etiam per animarum, quæ præcipua cum eo amicitia fuerant conjunctæ, secum in coelum abduxisse. P. Hier. Plas. de bono statu Religiosi, c. 5.

Quod nostro tempore in Gallia partibus accidit, fidelissima relatione traditum non sileo. Ad illum venerabilem virum Magistrum Petrum de Corboel Senonensem Archiepisc. quidam Peccator, qui propriam filiam violenter oppresserat, confessionis gratia venit: confessus igitur in maxima, & mirabili contritione, & lacrymis, quæ sibi nunquam posset ullo dolore, vel pena à Domino veniam impetrare, Cui Præsul: Ita inquit, indubitanter, sitanti malis penitentiam subire volueris, ac ille vehementer exclamans, Volo, inquit, etiam si mille mortes me sustinere volueris. Collocatus ergo infelix, immò jam felicissimus peccator: Et ego, inquit, septennem tantum tibi penitentiam penam impono. Tunc ille. Quid est, ait, quòd penitentiam mihi flagitiosissimo septennem tantum injungis, qui vi verum usque ad finem mundi, tantum facinus penes innumerabilibus dolere non cogitarem? Cui Præsul: Vade, inquit, & tres dies tantum in pane, & aqua jejuna. Tum amplius ille plorans, & contundens se rogabat, ut penitentiam in iungere salutarem. Supra modum ergo admiratus, & exhilaratus Antistes, tandem definitivè præcepit homini, ut abiret, & unum tantum pater noster diceret, sciretque pro certo peccatum sibi esse remissum. Nec mora: dirum ille emittens ejulatum, & in terram procidens exspiravit. Nec dubia fides, sicut Deo dignus Episcopus postea prædicavit, quin idem penitens sine ulla alia purgatorii pena validissima tantum contritione purgatus ad gloriam evolaverit. Cantipr. de Universo c. 51. p. 7.

Mimus quidam erat in Tharso Cilicia, nomine Babylas. Erant autem illi duæ concubinae nomen uni Cometa, nomen alteri Nicola. Vivebat autem luxuriosè, agens omnia, quæ illi dæmon suggerisset. Die verò quadam ingressus Ecclesiam audivit per dispensationem Dei sanctum Evangelium legi. Erat autem ista lectio: Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum cælorum. Compunctusque cepit cum lacrymis horrere, ac se miserum dicere pro his, quæ peccaverat. H. Confestim igitur egressus extra Ecclesiam vocavit duas amicas suas, dixitque illis: Scitis, quomodo vobiscum luxuriosè vixerim, utque nunquam alteram plus, quam alteram dilexerim. Itaque vestra sunt omnia, quæcumque ego acquisivi. Accipite ea, & dividite inter vos. Ego enim ex nunc abrenuncio seculo, & efficior monachus. Ille autem ex uno ore responderunt ei cum lacrymis: Ad luxuriam, & animarum nostrarum interitum communicavimus tibi; nunc verò quod hoc Deo placitum opus facere vis, dimittis nos, & id solus facis? Profecto non ita erit, sed etiam in bono communicabimus tibi. Atque ita Mimus quidem inclusit se in una turrim civitatis. Ille verò venditis omnibus suis, erogatisque pauperibus, accipientes & ipsæ religiosum habitum fecerunt sibi propè turrem cellulam, & seipias pariter incluserunt. Hunc & ego vidi, & ab eo valde edificatus sum: est enim vir valde humilis, & clemens, atque misericors. Sopronius Prat. spirit. c. 32.

Erat

Erat senex quidam, qui ante modicum tempus defunctus A est, Pardu nomine, genere Romanus. Hic dum esset junior, multo fuerat. Die quadam igitur abierat Hericho cum mulis, & cum esset in Xenodochio, inventus est illic puer parvulus, quem agente diabolo mulus calce percussit, & occidit, ignorante hoc Abbate Pardo. Afflictus verò multum super hoc Abbas Pardo abiit in Arnonem, & effectus est Anachoreta, lugens semper, dicens: Ego feci homicidium, & ut homicida in judicio damnatus sum. Erat autem illic prope torrentem leo, diebusque singulis ibat Abbas Pardu ad cubile leonis stimulans, & provocans leonem, ut exurgeret & devoraret eum. Leo autem nihil omnino eum lædebat. Videns autem senex, quia nihil proficeret, ait in se ipso: Dormiam in via, per quam leo pergit ad fluvium, nam cum transibit, ut cat ad bibendum, devorabit me. Cum ergo faceret. Ecce leo post paululum venit, & quasi ratione præditus esset, cum omni quiete transivisset senem, neque omnino eum tetigit. Tunc fenior certior factus est, quòd Deus remissivè illi peccatum; & veniens rursus in monasterium suum vixit in magna continentia, adificans omnes vite suæ exemplo usque ad diem obitus sui. Sopron. Prat. spirit. cap. 101.

Nostris modò temporibus Victorinus quidam exiit, qui alio quoque nomine Emilianus appellatus est, non inopis substantia iusta mediocritatem vitæ. Sed quia plerumque regnat in ratum opulencia carnis culpa, in quo facinore lapsus est, quod debuisset valde pertimescere, ac de suæ mortis imminutate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus exiit se contra se, mundi hujus omnia reliquit, monasterium petiit. In quo nimirum monasterio tanta humilitatis, tantaque sibi distinctionis exiit, ut cuncti Fratres, qui illic ad amorem divinitatis exerebant, suam cogerebant vitam despiciere, dum illius penitentiam viderent. Studuit namque toto mentis aditu cruciare carnem, voluntates proprias frangere, futivas orationes querere, quotidianis se lacrymis lavare, despectum sui appetere, oblatam à Fratribus venerationem timere. Hinc itaque nocturnas Fratrum vigiliis prævenire consueverat. Et quia mons, in quo monasterium situm est, ex uno latere in secretis parte prominerebat, illic consuetudinem fecerat ante vigiliis egredi, ut se quotidie in actu penitentia quanto secretius tanto liberius maceraret. Contemplatur namque distractionem venturi judicis sui, & jam eodem judicio concordans puniebat in lacrymis reatum facinorosum sui. Quadam vero nocte Abbas monasterii vigilans hunc latenter egredientem invenit, lento foras pede secutus est. Quem cum in secreto mentis latere cerneret in oratione profstratum, expectare voluit quando surgeret, ut ipsam quoque longanimitatem orationis ejus exploraret; cum subito lux emissa super eum fula esset, qui in oratione profstratus jacebat: tantaque de illo in loco claritas sparsit, ut tota pars regionis illius ex eadem luce clarificaret. Quam Abbas ut vidit, intremuit, & fugit. Cùmque post longum horæ spaciū idem frater ad monasterium redisset, Abbas ejus, ut disceret an super se assuopem tantiluminis agnovisset, requirete eum studuit, dicens: Ubi fuisti frater? At ille latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit. Quod negans Abbas compulsi eum dicere, quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod Abbatem latebat aperuit, adjungens: Quando super me vidisti lucem descendere, vox etiam pariter venit dicens: Dimissum est tibi peccatum tuum. Et quidem omnipotens Deus peccatum ejus potuit tacendo D laxare. Sed loquendo per vocem, radiando per lumen, exemplo suæ misericordia nostra ad penitentiam voluit corda convertere. Miramur, fratres charissimi, quòd persecutorem suum Saulum Dominus de celo allocutus est: ecce nostris quoque temporibus peccator, & penitens vocem de cælestibus audivit. Illi dictum est: Quid me persequeris? iste verò audivit meritis dimissum est tibi peccatum tuum. Longè est inferior meritis peccator iste penitens, quam Paulus: sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur crudelitatem necis inebantem, liceat audenter dicere: Quod Saulus propter superbiam, vocem consolationis audivit. Hanc quia humilitas intraverat, divina pietas erigebat; illum quia superbia creverat, divina severitas humiliabat. Habere ergo fiduciam, fratres mei, de misericordia Conditoris nostri; cogitate, quid facitis, recogitate, quid fecistis. Largiorem supernæ pietatis aspiciet, & ad misericordiam Judicem, dum adhuc expectat, cum lacrymis venite. S. Gregor. hom. 24. in Evangelio.

Ante trionium defunctus est Philippus comes Namurcensis, vir potens, & nobilis, filius Balduini Comitis Flandriæ. Antequam autem moreretur, tantam ei Dominus contulit in L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. 11.

infinite contritionem, quanta non fuerit visa nostro tempore in aliquo. Quatuor Abbatibus nostri Ordinis solebat sepe confiteri, & cum tanto lacrymarum imbri, ut omnes ad lacrymas provocaret. Nec ista ei sufficiebant, quin laqueum collo suo inieceret, rogaretque confessorios suos, ut se traherent in plateam, dicens: Sicut canis vixi, dignum est, ut moriar sicut canis. Filias fratris sui Balduini Comitis, qui factus fuerat Rex Græciæ, tradiderat Regi Franciæ, cujus filiam duxerat uxorem. Quidam dicebant, quòd eas vendidisset; de quo factò plurimum dolebat. Deportari se iussit in pauperissimam domum suæ civitatis; in qua pauper spiritu migravit ad Dominum. Volens autem pius Dominus tantam ejus remunerare contritionem miraculis, eum glorificare dignatus est, tanquam dilectum confesorem. Sepultus est in Ecclesia S. Albani martyris: in qua ipse insisterat Collegium Canonorum, de suis redditibus iusta stipendia adhuc fanos ordinans. Tantis usque hodie signis coruscatur, ut de remotis regionibus infirmi ad ejus tumbam confluerent sanitatem recepturi, ipsamque terram circa sepulcrum effodientes secum pro benedictione deportarent. Natura fat mansuetus erat, & humilis, tamen gratia miraculorum exteraque ejus contritioni, quæ maxima fuit, potius adscribenda est, quam pristinae conversationi. Cesar. 12. Mirac. c. 18.

Refer ad hunc Locum plerique ex Loco de Penitentia, Confessione, Peccato.

* Contumacia. Contumax.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Contumacia a contumacia, est quædam inobediencia ex contemptu, vel timore, hoc est superbia proveniens. Et in Jure dicitur contumax, qui tribus propositis editis, vel uno pro tribus, quòd peremptorium dicitur, & legitime evocatus non comparet, aut responderere contemnit, aut ante causæ decisionem recedit. Contumax, inquit Donatus, est contemptor potiorum. Dicitur namque respectu superiorum, atque competit inferioribus. Diad. 1. 12. c. 52.

Videatur Locus de Severitate. Titulo Severitas in Penitendo, §. Contumaciam.

* Contumelia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Contumelia vocabulum à contemptu tractum voluit Ulpianus, & Seneca; Estque alieni honoris injusta, & aperta violatio, Græcis βλασφημία dicta. Differt autem à detractio- ne, quòd hæc circa famam alterius injuriam faciat: idque occultè, seu in absentia. Si mordet serpens in silentio, nihil cominus habet, qui occultè detraxit, inquit Ecclesiast. cap. 10. Hæc autem injuria, sive dictis, sive signis inferri potest, idque præsentem, sive absentem tanquam præsentem. Unde & rapinæ comparatur, sicut detractio furto. Quippe contumelia velut vi illata scienti, & renitentem honorem auferit: detractio verò occultè famam denigrat, & ignorante altero, sicut fur pecunias.

CONTUMELIA.

A DEO PUNITA.

Unus ex Valentis Imper. cubiculariis ob graviore contra divinum hominem Aphraatem jactatas minas, & convicia, plagam accepit: forte ei cura balnei commissa fuit, qui simul ut Aphraatem verbis contumeliosis insectatus fuerat, ad balneum Imperatori parandum se contulit: cum ingressus esset, repente de potestate mentis deturbatus in aquam calidissimam, minimeque temperatam se præcipitavit, ac illico obiit mortem. Imperator autem sedens illum expectat, uti judicet, quando ad balneum intrandum sit. Ubi verò multum temporis præterierat, alios mittit, qui moræ causam sibi significent. Hi ingressi balneum, cum omnia intus loca oculis iustitarent: tandem offendunt hominem in aqua fervente, minimeque temperata mortuum, corpusque ejus ardore dissolutum. Qua re Imperatori nunciata, didicere omnes, quantum ponderis Aphraatis haberet oratio. Attamen de impia sua doctrina minime desisterunt, sed more Pharaonis cor suum induraverunt: Ipsaque ille Imperator, quamvis cognito sancti viri miraculo obstupesceret; non tamen ejus Ff 3 furor

tuerat. Mater, quæ filium apud se retinere cupiebat, eum pro- A perè usque ad mare secuta est. Sed ille secessit eam violenter se tenentem, fingens se amicum nolle deserere, donec vento facto navigaret, inde cum ea reverfurum, nisi illa comes esse vellet itineris persuasit, eique ut in loco, qui proximus navi erat, memoria B. Cypriani insignis, maneret per noctem. Sed ea nocte clanculo ille profectus est: ipsa autem remansit orando, & flendo petens à Deo multis lacrymis, ne filium navigare sineret. Testis ille l. 5. Confess. c. 2.

In convivio

Galli, & Germani, humanissimi in peregrinos sunt: quicquid visendum in suis civitatibus habent, ostendunt, omneque officium benignè exhibent. Sed peractis spectaculis, ubi diversorum repetis, five frigide, five ardentur ipsos invitas, faciles eos habes, nec opus est magna contentione precum. Nonnulli improbiores se ultrò tuæ mensæ ingerunt, idque magno numero, quos antea nec noveras, nec videras, itaque non quia amici sunt, sed se amicos aliquando futuros sperant, pro Pythagorica lege omnia futurorum amicorum communia credunt, homines me hercule non male ad ventrem B philofophantes. Damianus Goes in Hisp.

NON CONVERSARI. CUM QUIBUS. CUM Civibus.

Omnes ferè Atheniensium principes tantum se ab invidia putabant abfuturos, quantum à conspectu suorum recessissent. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigzo. Probus in Chabria.

Pericles Atheniensis, hominum convictum, & conversationem fugit, ut nunquam etiam apud summos amicos convivia celebraret. Nimirum nullam aliam ob causam, quam ne malorum hominum conversatione suos mores in pejus mutaret. Plut. in ejus vita.

Peregrinis.

Consule Tit. Odium peregrinorum, quatenus vitiorum causa illorum conversationem fugiant.

Epidaurii, cum cernerent sceleratorum consuetudinem plurimum bonis moribus officere, seicentque Illyrios multorum vitiorum labe infectos, mercatoribus suis commendari eos facultatem interdixerunt. Ne autem iis commodis desisterent, quæ Illyriorum regio afferre poterat: atque gravem virum inter Epidaurios delibebant, Poleten dictum, cuius fama, moreque probarentur, illum solum penetrare ad Illyrios sinebant: isque solus in emendis, vendendisque rebus aliorum civium desideria explebat. Fulg. lib. 2. cap. 1. ex Arist. 3.

Viduis, & Pupillis.

Demoribus Clericorum lectum est edictum Valentiniani I. Imp. in Ecclesiis, III. Kalend. Augusti ad Damasum urbis Episcopum missum: Ecclesiasticis, aut ex Ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum, ac pupillarum domos non adeant, sed publicis exterminentur judiciis, si posthac eos affines earum, vel propinqui putaverint deserendos. Sig. lib. 7. Imp. occid.

Hofibus.

Atheniensibus quandoque lege cautum fuit, ne quis Atheniensem Megaram pedem inferret, multa capitis indicta, quòd odio eos prosequerentur perniciam. Alex. l. 4. c. 10.

UBI IN Balneo.

Tanta Romanæ verecundie observatio, & morum exempla fuere, ut nec pater cum filio pubere, nec fover cum genere lavaret. Plut. in quæst. Rom.

Templo.

Victorinus rhetor Romanus eloquentissimus jam senex sepe ad Simplicianum senem sanctiss. clam dicebat: Novetis me jam esse Christianum. Illo verò respondente: Non credam neque numerabo te inter Christianos, nisi in Ecclesia Christi te videam, ridens ille dicebat: ergone parietes faciunt Christianos? Nimirum timebat amicos potentes faciunt Christianos, idolorum cultores. Sed posteaquam illa Christi verba hausit: negaturum se eos coram patre cœlesti, à quibus coram hominibus negaretur: quodam die nihil minus expectantem Simplicianum secum ad Ecclesiam ire hortatus, fidem suam profectus est palam de suggestu, quamvis id clam facere potuisset, cum maxima priorum congratulatione. Non multo post cum Julianus Christianis literas interdixisset, ma-

luit ille scholam loquacem, quàm veracem deserere. D. Aug. lib. 8. Confess. c. 2.

Convivio.

Æginetæ, qui bello Trojano meruerunt, frequentes in præliis, plures in cursu vi tempestatis ceciderunt. Paucos ergo, qui reliqui erant, excipientes necessarii, cum cives alios in luctu esse, & motore conficerent, neque exultare in pro- pæto ducerent oportere, vel diis honorem habere, occulte, & domi sospites epulis quique comiter accipere, atque ipsi ministrare genitoribus, gentilibus, fratribus, & necessariis, alieno nullo admisso. Hoc representantes, Neptuno solemnè faciunt, quod Thiasos dicunt: in quo dies sedecim soli silentio epulantur, nec interest servus: inde sacro Veneri factò festum solvunt. Hinc dicuntur Monophagi. Plutarch. in quæstionibus Græcis.

Cum ad Italorum, Hispanorumque civitates veneris, amicitia contracta, officium suum unusquisque gratis offerret: quicquid dignum visu fit, ostendit: circumspicit, visisque omnibus, te ipsi in hospitium tuum deducit. At si quemquam illorum, dum gratias esse cupis, in prandio, vel in cena retinere volueris, vix ab eis illud imperabis, id præcavimus ipsis, ne homini peregrino & sumptui, & molestis sint. Tandem ex viginti, si tot comites habueris, vix unum aut alterum retinebis, nec id efficies, donec clarè intelligant, ex animo, & non fide eos tibi convivias velle. Damianus Goes in Hispania.

CUR CAUSA. Pudoris.

Plut. in Præceptis conjug. refert, Phidiam Heleorum Venetum ita finisse, ut testudinem calcaret, tacitè significans, Uxoribus domi manendum esse, silendumque. Idem narrat, Ægyptiis hunc fuisse morem, ut nuptæ scandalis non uterentur: ne videlicet domo unquam prodirent.

Apud Romanos Sponsa ædium limen non transibat, sed transterebatur, sublatà à deductoribus: ut significaret, neque excessuram, nisi coactam. Eandem ob causam apud Botosos axis curus pro janua incendebatur: quasi semper ibi mansura esset sponsa, sublatò curu, à quo abducatur. Plut. in quæst. Rom.

Majestatis.

Sabæis post constitutum regem, primus ex nobilioribus iure gentis, ad successorem aspirat regi: cui hoc proprium G est, ut extra septa prodire non audeat, quòd venerationis plus inest. Quod si extra regiam conficitur, lapidibus impetitur. Alex. lib. 4. cap. 23.

Odii.

Consule Inimicitie notas. Lucius.

Vide Tit. Lucius pro mortuis. Morena Drusilla forete, quàm in modum iustæ uxoris Cæsar Cæsar pro palam habuit, iustitiam indixit, in quo risse, lavisse, cenasse cum parentibus, cum conjugè, libere, capitale fuit. Suetonius.

* BONORUM COMMERTIUM, ET CONSUEITUDO.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Laban propter præsentiam Jacob generi sui, cuius servitio quatuordecim annis fuit usus, mirum in modum ditatus fuit. Genes. 30.

Propter Joseph, qui servitice Putiphari Ægyptio equitum magistro, benedixit Dominus ejus domui. Gen. 39.

Propter Josaphat Regem Juda Deum colentem, Eliseus Propheta impetravit dari aquas exercitui, in quo erant duo alii mali Reges. 4. Reg. 3.

Homines Deum timentes solum volebat habere Tobias in convivio: & id ipsum docuit filium suum. Tob. 2.

Quamdiu Petrus fuit cum Apostolis, fixus, & securus mansit: at ubi fuit in atrio calefaciens se, Dominum negare cepit. Matt. 26.

In naufragio factò ad Melitam insulam in mari Adriatico homines multi servati sunt propter Paulum, qui unà, licet vincens, vehebatur. Act. 27.

EXEMPLA HISTORICA.

Martinus, relicta militia, S. Hilarius Pictaviensis civitatis Episcopum expetit, & aliquandiu apud eum, spectata cruditione, & pietate virum, commoratus est. Hilarius autem hominis ingenio, & religione delectatus, ut archius eum sibi

sibi impleret, Diaconatus officio, & divino vincere ministerio conatus est, sed cum ille indignum se clamitans sapius resisteret, Episcopus intelligens eum infima quæque præ humilitate sectari, & officia illa, in quibus injuria quidam locus esse videretur, appetere, exorcitum eum ordinavit. Quam ille ordinationem minime repudiavit. Sever. Sulp. in vita ejus.

Hilarion ortus Tabathæ in Palestina ex parentibus infidelibus, Alexandriam missus studiorum causa, ibi morum, & ingenii laude floruit: ac Jesu Christi suscepta religione, in fide, & charitate mirabiliter profecit. Cum autem Antonii nomen in Ægypto celeberrimum esset, ejus vivendi studio in solitudine contentis: apud quem duobus mensibus omnem ejus vitæ rationem didicit. Domum reverfus mortuis parentibus, facultates suas pauperibus dilargitus est: necdum quindecim annuum egressus rediit in solitudinem: ubi extructa exigua casa, qua vis ipsum caperet, humi cubabat. Nec verò factum, quòd semel amicus est, unquam aut lavit, aut mutavit, eum supervacuum esse diceret, munditias in cilicio quaerere. D. Hieron. in vita ejus c. 1.

Diverit aliquando nobilium cohors militum Claravallensium, ut B. Bernardum Abbatem viderent. Propè autem erat factum Quadragesimæ tempus. Et illi omnes serè juvenes, de diti militiæ seculari, circumibant quaerentes execrabiles illas nudinas, quas vulgo torcetas, id est alterationes, & pugnas vocant. Cæpit itaque ab eis petere, paucos illos, qui ante Quadragesimam supererat, dies, ne armis interim uterentur. Quibus obstitit animo ejus acquiescere monitis reuendibus: Confido, ait, in Domino, quoniam ipse mihi dabit inducias, quas negatis. Et accessit fratre, jubet eis cervisiam propinari, benedicens eam, & dicens, ut potionem biberent animarum. Biberunt ergo patiter, quidam tamen invitæ præ amore sæculi, metuentes eum, quem postea experti sunt, divinæ virtutis effectum. Ut etenim egressi sunt fores monasterii, mutus erat seque ceperunt inflammare sermonibus, quia cor eorum erat ardens in eis. Inspirante ergo Deo, & currente velociter verbo ejus, eadem hora reversi, & conversi à vitiiis suis spiritali militia dextras dederunt. Quorum quidam adhuc militant Deo: quidam vero regnant cum eo, vinculis carnis absoluti. In vita Bern. l. c. 11.

Adolescens quidam egregiæ naturæ adjumentis, è Septentrionali plaga Romam venerat, non modò Lutherana tabe infectus ipse, verum etiam mite cupidus ejusdem longè, lateque vulgandus. Is enim ex occasione esse in hominum cœtus inferebat, verbisque venenatis clericorum vitam, ac mores eorum etiam vocare primium, deinde abductis à sacerdotum reverentia mentibus, prava dogmata sensum insillare quotidie pergere: patefacta, iustis magistratuum comprehenditur. Qui cum & ipsi per se, & factæ Theologiae magistris adhibitis, illum ab opinionum infania revocare frustra conati essent: ne quid intentatum relinquere, ætatem, & ingenium miserant, prius quàm in eum lege ageretur, accessit Ignatio rem totam exponunt: quoniam ipsorum neque adhortationes, neque minæ proficiant; habeat illum aliquandiu apud se, videat etiam, atque etiam, ut errantem oviculum ad Ecclesiæ causam aliqua ratione traducat. Ille clementer acceptum hæreticum domum adducit; neque verò sapientes Judices frustrata spes est. Siquidem adolescens ab Ignatio, sociisque amicissimè habitus, eorum dictis, & factis, institutis accurate observandas paulatim affici, atque immutari Dei beneficio est ceptus; & quam antea respuerat medicinam, libenter indies accipere: ac demum perseverantibus Patrum officiis, & diligentissima curatione, eò proceffit res, ut evulsis seralium dogmatum fibris priorem perniciam gemebundus agnosceret: nec antea à salutari incepto desistit, quam voluntaria abjuratione detectus erroes, ingenti bonorum tum admiratione, tum gaudio, cum Ecclesia sancta in gratiam rediit. Idcirco, quaerentibus viris gravibus, curi quæ antea tot machinis oppugnatus pervicacissimè resistisset, Ignatii denique, & Patrum hospitio, & consuetudine vini se passus esset: sine cunctatione respondit, se illorum non tam disputationibus, argumentisque licet in eo quoque valeret plurimum) quam spectata sanctitati, virtutisque cessisse: quod ita apud se propè necessitatio stansisset, à tam incurruptis moribus, à tanta pace, atque concordia, à tam bonis operibus restam in Deum fidem abesse nullo modo posse. Quæ res documento esse potest hominibus; licet ad convertendas ad Christum animas ingenium, ac doctrinæ præsidia requirantur, tamen conspecta vitæ, morumque innocentia plus multo, quàm literis,

aut concertationibus profici. Petrus Mass. libro 2. vitæ Ignatii, capite 13.

* PERNICIOSÆ SOCIETATIS FUGA.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Quamdiu Abraham cum perverfis hominibus in Ur Chaldaorum vixit, non legitur, Deus ei apparuisse, ac postquam inde exivit, divinis apparitionibus sapè fuit illustratus. Gen. 13. 15. 17. 18.

Noluit Jacob cum malo F. Esau ambulare, licet placasset eum muneribus, & ille satis inflaret, & signa dilectionis ostenderet. Gen. 33.

Cum Samuel Propheta Regi Sauli regni amissionem propter inobedientiam prædixisset, ab eo discessit, fati indicans non esse vesandum cum eo, quem Deus deseruisset. 1. Reg. 15.

Saul Rex inter Prophetas prophetavit: inter improbos verò improbe egit. 1. Reg. 19.

Amasias Judæorum Rex centum argenti talentis centum millia Israelitarum conduxerat: sed Propheta eum monuit, ut eos dimitteret; & impios enim esse, & infelices fore. 2. Paral. 25. F

EXEMPLA HISTORICA.

D. Ambros. serm. de Calen. Januar. Judæorum consortia prohibens, sic ait: Non solum gentium, sed Judæorum consortia vitare debemus: quorum etiam consabulatio est magna pollutio. Hi etenim arte insinuant se hominibus, domos penetran, ingrediuntur pratoria, aures iudicum, & publica inquietant, & ideo magis prævalent, quò magis sunt impudentes. Serm. 17. de Cal. Jan.

Qui aperte noxii sunt, sua se sponte produnt: prima etenim fronte libertatem, immò licentiam, aut potius impudentiam flagitorum ostendunt, seque, & alios ad turpitudinem excitant. Hujus generis erant, qui se Augustino adolescenti adjunxerant, quos ipse, de se loquens, commemorat his verbis: Præceptis ibam tanta cæcitate, ut inter cœtanos meos puderet me minoris dedecoris, quàm audiebam eos jactans flagitia sua, & tanto gloriantes magis; quanto magis turpes essent, & libebat facere non solum libidine facti, verum etiam laudis. Quid dignum est vituperatione nisi vitium? Ego, ne vituperarer, vitiosior fiebam, & ubi non liberat quòd admisso æquarer perditis, fingebam me fecisse, quæ non feceram, ne viderer abjectior, quòd eram innocenter, & ne vilior haberer, quòd eram castior. Ecce cum quibus comitibus iter agebam placentiarum Babyloniz, & volutabar in cœno ejus, tanquam in cinamomis, & unguentis pretiosis. Et in umbilico ejus quòd tenacius harerem, calcabat me inimicus invisibilis; & seducebat me, quia ego seducebilis eram, &c. O nimis inimica amicitia, seductio mentis investigabilis, ex ludo, & joco nocenda aviditas, & alieni damni appetitus, nulla lucri mei, nulla ulciscendi libidine: sed cum dicitur, Eamus, faciamus, & pudent non esse impudentem. Quis aperit tortuosissimam istam, & implicatissimam nodositatem? Fœda est, nolo in eam intendere, nolo eam videre. Te volo, justitia, & innocentia, pulchra, & decora honestis lumibus, & infatigabili fatietate. Quies est apud te valde, & vita imperturbabilis. Qui intrat in te, intrat in gaudium Domini sui, & non timebit, & habebit te optimè in optimo. Desluxi abs te ego, & erravi, Deus meus, nimis devius à stabilitate tua in adolescentia, & factus sum mihi regio egestatis. Ex August. l. 2. Conf. c. 2. g. 10.

Idem Augustinus in eod. l. Confess. Et infra. fatetur se non H fuisse pelledum ad furtum pomorum, nisi ut placeret focis.

Quem fructum, inquit, habui miser aliquando in iis, quæ nunc recolens erubescio, maxime in illo furto, in quo ipsam furto amavi nihil aliud, cum & ipsum esset nihil, & eo ipso ego miserior. Et tamen solus id non fecissem, sic recorder animum tunc meum, solus omnino id non feci. Et infra. Ecce est coram te Deus meus viva recordatio animæ meæ. Solus non facerem furtum illud, in quo libebat id, quod furabar, sed quia furabar, quod me solum facere prorsus non liberet, nec facerem. O nimis iniqua amicitia, seductio mentis investigabilis ex ludo, & loco nocendi aviditas, & alieni damni appetitus, nulla lucri mei, nulla ulciscendi libidine. Sed cum dicitur: Eamus, faciamus, & pudent non esse impudentem. Quis aperit tortuosissimam istam, & implicatissimam nodositatem? Fœda est, nolo in eam intendere, nolo eam videre. D. Aug. l. 3. Confess. c. 8. g. 9.

Mirum dictum est, quod de Nibiridio scribit D. Hieronymus. Is in

Is in adoleſcentia nutritus in palatio; contubernalis; & con-
 A diſcipulus Auguſtorum, quorum menſe miniſtra orbis, &
 terra, ac maria ſerviunt, inter rerum omnium abundantiam, in
 primo ætatis flore tantæ veterundæ ſuit, ut virginalem pu-
 dorem vinceret, & levem quidem in ſe obſceni rumoris fa-
 bulam daret. Deinde purpuratorum propinquus, ſocius, con-
 ſobrinus, iſdemque cum ambobus ſtudiis eruditus, (quæ res
 etiam externarum mentes ſibi conciliat) non eſt militaris ſu-
 perbia: nec cæteros homines obducta fronte contempſit: ſed
 cunctis amabilis ipſos principes amabat ut fratres, venerabatur
 ut Dominos, & in illorum ſalute ſalutem ſuam poſitam fateba-
 tur. Miniſtros autem eorum, & univerſum ordinem palatii,
 quo regalis frequentatur ambitio, ſic ſibi charitate ſociavit, ut
 qui merito inferiores erant, officiis ſe pares arbitrentur. Dif-
 ficile factu eſt, gloriam virtute ſuperare: & ab his diligere, quos
 præcedas. Oblitus itaque dignitatis ſuæ, omne confortium
 cum Monachis, & Clericis poſtea habuit. Quis enim forma-
 tem Regis Babylonii ſine aduſione ingreſſus eſt? Cuius adole-
 ſcentis Ægyptia domina pallium non tenuit? Quæ uxor Eu-
 nuſchi nullos creat liberos voluptate tranſcæta? D. Hier. 10. 1.
 ep. 9. quæ eſt ad Salvinam.

B Braſiliam attingere Clerici Soc. Jeſu in eunte Aprili an. poſt
 Chriſtum natum M.D.XLIX. cum ante duos circiter menſes
 Oſiſipone ſolviffent. Erat laborioſa omnino Provincia, &
 multis difficultatibus implicata; obſtabat inſcitia lingua, &
 quanquam haud ita copioſa, nec variæ, ab omni tamen Euro-
 pæo ſermone planè abhorrentis. Obſtabat etiam ingenia,
 moreſque incolarum, quod ſuper quotidianas cædes, ac fini-
 timbella, & inexpiabile uleſcendi certamen, dapeſque di-
 ras, in crapulam quoque, ac venetum proſecti, magis in dies
 obtrunderent aciem mentis, & flagitiorum cæno quicquid
 erat indolis bonæ demergerent. Accedebat indomitum, ac
 late patens malum, & quo valentius nihil aditum, atque iter
 obſepſerit Evangelio; veterum Chriſtianorum, indigna tali
 nomine, ac profeſſione, licentia, procacitateque, cum anxia cu-
 piditate, fordiſuſque conjuncta, ut eorum adventus in barbarorum
 vicos: vitæque conſuetudo, cum graviter cunctos of-
 fendere, tum ingentem nomini Chriſtiano invidiam, inſa-
 miamque conſeraret. Moſ. lib. 15.

Gordiana Gregorii Magni amita, ut ipſe deplorat in libro
 Dialogorum, licet ſanctiſſimo fororum ſuarum Tharſiſæ, &
 Amiliane exemplo fruere, tamen quia plus æquo gaude-
 C bat puellarum laicatum, & hæc mundo addictarum conſue-
 tudine à morte fororum miſerè ſeducta eſt. Greg. 4. Dialog.
 c. 6. in hom. 38. in Evang.
 Vide Locum de Societate. Tit. Societatis mala noxa, &
 Incommoda. Item pleraque habentur in loco de Exemplo.

DE CONVERSATIONE, ET COMMERCIO.

* APOPTHEGMATA, ETHNICORUM.

DIogenes adoleſcenti formoſo ad convivium eunti, deter-
 rior, inquit, rediſ. Revertens verò à convivio adoleſcens,
 cum Diogeni dixiſſet, Jvi, nec rediſ deterior, inquit, Deterior
 igitur indicans, fieri non poſſe, ut adoleſcens ex conviſtu
 improborum non fiat deterior. Laert. lib. 6.

Epictetus hominem, cum quo converſatur, tribus modis,
 conſiderandum eſſe ſuadebat: nempe aut præſtantiorum no-
 bis, aut inferiorum, aut æqualem. Præſtantiori quidem au-
 ſcultare, & obtemperare convenit, minorem modeſtè per-
 ſuadere, æquali autem conſentire. Et hoc ſanè modo, in
 D converſatione hominum nunquam in contentione incidet.
 Stobæus ſerm. 3. de Temperantia.

AGESILAUS Argivo cuidam dicenti, Lacedæmonios pere-
 grinationibus reddi deteriores, quod interim degenerent à
 majorum legibus, & inſtitutis: At vos, inquit, cum Spartam
 veniſtis, non deteriores, ſed meliores evadiſtis. Diſtum re-
 torſit in Argivum. Nam hoc dicens, magis ſuam gentem viru-
 peravit, quam Lacedæmoniorum: ſimul indicavit, quanto-
 pereſerata, inter quos vivas. Plat. in Lac. Apophth.

HIPOCRATIDES, ei cui aliquando fuiſſet obviuſ adole-
 ſcens, quem amator ſequabatur, erubeſcenti adoleſcentulo:
 Cum his, inquit, oportet ambulare, cum quibus conſpectus
 non mutet colorem. Docuit, ex improbis conviſtoribus ni-
 hil capi fructuſ niſi probrum, & ignominiam. Plat. archus in
 Lac. Apophth.

JULIA Auguſti. In ſpectaculo gladiatorum converterant
 in ſe populi oculos Livia, & Julia, comitatus diſſimilitudine.

Liviam eingeſtunt viri graves. Juliam juvenes luxurioſi cor-
 mitabantur. Pater itaque Auguſtus Juliam admonuit ſcripſit,
 videret quantum inter duas principes ſcæminas increſceret
 illa reſcripſit: Et hi mecum ſenes ſient. Hoc commodè inter-
 pretando lepidè: incommode proccaciter dictum videri poſſet,
 ex Sueton.

Memander.

Cum ſapientibus conſuetudinem habens, & ipſe evadens ſa-
 piens.

Conſuetudines autem ſeniores ama.

Cum malis conſuetudinibus habens, & ipſe evadens malus,

Corrumpunt mores bonos conſuetudines male.

Ovid. epist. Canaces ad Macareum.

Scilicet eſt aliquid cum ſævis vivere venis.

Juvenalis ſatira 2.

— Dedit hæc contagio labem,

Et dabit in plures ſcæci grex totus in agris.

Unius ſcæbi cadit, & porrigine porci,

Uvaeque contacta ſævom dicit ab ovo.

Id agamus, ut meliorem vitam ſequamur, quam vulgus,
 non ut contrariam. Alioſque, quos emendare volumus, lu-
 gamus à nobis, & avertemus. Seneca ad Lac. epist. 5.

Nulla res magis animos imbuat honeſtos, & in pravum in-
 clinabiles revocet, ac recedat, quam bonorum converſatio.
 Paulatin enim defendit in pectora, & vim præceptorum
 obtinet frequenter aſpici, frequenter audiri. Idem ad Lac.
 epist. 6.

Avartior redeo, ambitioſior, luxurioſior, immò crudelior,
 & inhumanior, quia inter homines fui.

Nil damnoſius bonis moribus, quam in ſpectaculo deſide-
 re, quia tunc facilis vitia ſurrepunt. Idem epist. 7.

Diſciplina honeſtæ converſationis ex quatuor perpendi po-
 teſt, ex gultu, motu, aſſatu, & conviſtu. Geſtus autem
 reprehendiſſis eſt, ſi aſſat, ut mollis, ut diſſolutus, aut
 tardus, aut citatus. Mollis ſignificat laſciviam, diſſolutus
 negligentiã, tardus pigritiam, citatus, ſive impetuoſus in-
 conſtantiam. Idem.

CHRISTIANORUM.

Qui cum ſapientibus graditur, inquit, Prov. 13. Salomon,
 ſapiens erit. Unde Apoſtolorum Princeps, cum multi diſci-
 pulorum Jeſu retro abirent, & non jam cum eo ambularent, G
 rogatus à Domino. Numquid & vos vultis abire? aliorum no-
 mine reſpondebat: Domine, quò ibimus? verba vitæ æternæ
 habes, & nos credimus, & cognovimus, quia tu es Chriſtus
 Filius Dei: declarans ſuo diſto extrã Chriſti confortium niſi-
 quam fidelibus tutum eſſe refugium. Joan. c. 6.

Si quantum mali ex forſidâ converſatione emerget cogno-
 ſcere velimus, quantumque boni honeſtorum, ac bonorum
 conviſtuſ reportet, indagare & intruamur Joannem Apoſtolum.
 Hic enim lavandi gratia balneum ingreſſus, cum ibidem viſi-
 ſet Cerinthum hæreſiarcham, continuo exiliens, illotus re-
 ceſſit, dicens: Fugiamus hinc, ne & ipſa balnea corrumpant,
 in quibus veritatis hoſtis Cerinthus lavatur. Docet hæc impiorum
 (quorum numero aderibendos Cerinthus) confortia ubique
 locorum devitanda. Euſeb. 3. lib. 1. Eccl. 22. Iren. 1. c. 3. Ber-
 er. in Apophth. Chriſti. tit. Conſortium.

ARSENIVS Abbas, etiam omnium omnino converſationem
 commerciumque ſequebatur. Rogatus autem, cur ita ſolus vi-
 veret, cum multis ipſe prodeſſe poſſet, tum ſermone, tum vitæ
 exemplo? Non poſſum, inquit, dividere me Deo, & ho-
 minibus, ut utriſque complacem. Sur. in vita ejus, tom. 1. H

Cum S. Hubertus aliquando martyrii deſiderio flagraret, ac
 meminiffet necis B. Lamberti, ſui quondam collegæ; inter
 piã lachrymarum exuberationes conſuebat, O inſeli-
 cem me, cui tanta peccatorum congeries, ut viri tanti marty-
 rium ſubeuntis confortio indignus ſim. Ita nimirum ſe imper-
 ſectiõis arguebat, ut quo eſſet perfectior, eò magis libinet
 videretur exiguus. Sur. tom. 6. in vita Beyerli. ibid.

Merito inter alios celebrandus S. Laurentius, qui ſextum
 Episcopum ad Martyrii palmam propterantem conſpicatus,
 hæc voce in publico aggreſſus. Quo progredieris ſine filio,
 pater, quò, Sacerdos, ſine Diacono properas? vide, an idoneum
 miniſtrum elegeris, cui commiſiſti Domini ſanguinis diſ-
 penſationem? & mihi jam tui ſanguinis confortium negas?
 Ardebat videlicet illi in morte conjungi, cui, dum viveret,
 ſapius per miniſterium, & animi unionem fuerat conjunctus.
 In vita ejusdem apud Sur. & Sulpit.

INNOCENTIUS VI. Pontif. ut cæteris adiciatur, domi habere
 noluit

noluit niſi viros probatos; idemque faceret Cardinales, mo-
 A niti; dicebat autem, Noſtra, & omnium Eccleſiaſticorum vi-
 ta, cæteris exemplo eſſe debet ad imitationem Salvatoris nor-
 ſtri, cujus tota vita ad humani generis imitationem reſpicie-
 bat. Plat. in vita Beyerli. ſupra.

Vide Solitudo.

Converſio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Converſio Philoſophicè loquendo, eſt mutatio totius in-
 totum; ſed apud Eccleſiaſticos Scriptores ſignificat ab-
 ſolutam hominis juſtificationem. Ideòque vocatur nonnun-
 quam Creatio, & Juſtificatio nova Creatura, ad Gal. cap. ult.
 ut ſignificetur prima gratia in nobis produci gratis, ex nihilo,
 ac ſine meritis. Ut autem tranſierit ad mores, præſertim ad
 penitentiam, ſignificat reditum ad Deum per penitentiam, à
 quo quis peccando receſſerat: ſive antea de vitæ deterioriſſe re-
 tractationem, & mutationem, cum delinquit de peccatis præte-
 ritis. Quo ſenſu dicebat Petrus ad populum Act. 3. verſ. 19.
 Penitentiam igitur, & convertimini, ut deleantur peccata ve-
 ſtra: utitur Hebræi verbo נָשׁוּבָה, cui Græcum ἐπιστροφή
 uai, & Latinum converſi, ſive reverti correſpondet, ac ſigni-
 ficat proprie fugientem, qui errantem revocare, ut per viam,
 quaiverat, redeat, atque exinde ad mores tranſlatum eſt.

* EJUS PRÆSTANTIA, ET MODI VARI.

Ut fit homo aliquid, convertat ſe ad illum, à quo creatus
 eſt, recedendo enim frigeſcit, accendendo reverſcit, recedendo
 tenebreſcit, accendendo clareſcit: quo enim habet ut ſit, apud
 illum habet, ut bene fit. Ergo qui ſum ſimul eſſe cum Deo, non
 ab illo recedat, ſed ad illum accedat. Auguſt. ſup. Pſ. 70.

Si reverſus fuerit ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè
 facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit per terra ſilicem,
 & pro ſilice torrentes aureos, critique Omnipotens contra ho-
 ſteſt tuos. Tunc ſuper Omnipotentem deliciis aſſues, & ele-
 vabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, exaudiet te, &
 vota reddet. Decernes tem, & veniet tibi, & in viis tuis
 ſperabitur. Job. 22.

Tres modi ſunt converſionum, inchoatio, medietas, atque perfe-
 ctio. Inchoatio autem invenitur blandimenta dulcedi-
 nis, in medio tempore certamina tentationis, ad extremum
 verò perfectio plenitudinis. Prius ergo illos dulcia ſuſcipiunt,
 que conſolentur: poſtmodum amara, que exercent; & tunc
 demum ſua via, atque ſublimia, que conſolant. Greg. 24. Moral.

Vitam uniſcujuſque converſi, & inchoatio blanda per-
 mulcet, & æſpera medietas probat, & plena poſt perfectio
 roborat. Ibid.

Cum Pharao dimiſſiſſet populum, non eos duxit Dominus
 per viam terræ Philiffim, quæ vicina eſt: reputans ne forte
 pœniteret eum, ſi viſiſſet adverſum ſe bella conſurgere, &
 revertentur in Ægyptum. Ex Ægypto itaque exeuſibus
 è vicino bello ſubtrahuntur, quia delinquentibus ſeculum,
 quædam prius tranſquillitas oſtenditur, ne in ipſa ſua tenaci-
 tudine, atque inchoatione turbati, atque territi redeant ad id,
 quod evaſerunt. Prius ergo ſuavitate ſentiunt, ſecuri prius
 pacis quiete nutriuntur, poſt cognitam verò dulcedinem tanto
 jam tolerabilius; & tentationum certamina ſuſtinent, quanto
 alius in Deo cognovere, quod amant. Ibid.

CONVERſIO.

Ut à Convertente proſcribitur.

QUOMODO, QUI CONVERTERUNT ALIOS.

Miraculis.

BASILIVS Macedo Imp. ad Scythas, Rhos diſtos, Sacerdo-
 tem, virum ſanctum, qui miſerit, qui lavaco illos Baptiſmatis
 tingeret. Multi, qui inviti patrium ſacrum relinquerebant, mira-
 culum petebant. At Episcopum librum ſacrum Evangeliorum
 capiens: Si, inquit, liber ille, qui res divinas noſtræ continet
 religionis, in igne illaſus permanſerit, credetis, & baptiſmum
 accipietis? Et illi: Etiam, Domine. Tum ille magno
 accenſo igne, librum inſecit, & ad cælum erectis palmis o-

culiſque: Glorifica, inquit, Domine, nomen tuum. Et li-
 brum illaſum ex igne, cunctis palam iterum oſtendit. Bar. E
 bari ſtupore correpti, crediderunt, & factis ſunt initiati.
 Zonaras, & Cedrenus.

Cum Baſilium Magnum morbo graviter affectum Joſe-
 phus Judæus medicus adiens, deprehendiſſis mortis ſignis, ſub
 veſperam illius diei deceſſurum dixiſſet. Quid, inquit Baſilium,
 & ſi alterum diem ſupervivere? Se ille nunc Chriſtianum fore,
 cum id conſiſſet, reſpondit. Igitur Baſilium orando à Do-
 mino impetravit exitus dilationem: manèque hora tertia ſanus
 de lectulo conſurgens, ad Eccleſiam venit, ac Judæum tanto
 miraculo ſtupentem baptizavit. Vide infr. Tit. Reli-
 gionis à diſcipulis S. Medici.

Patricium Hybernorum, & Sæctorum doctorem comme-
 morat Henricus de Erfordia, ſeptem reges, filios Almagith,
 & duodecies mille hominum baptizavit. Cum per Hyber-
 niam iter faceret, & ſe prædicationibus nihil proficere videret,
 Deum precatus eſt, ut oſtento aliquo hominum illorum
 duritiem emolliret. Divinitus admonitus, humi circumum de-
 ſignavit: atque inibi terra penitus ſubſidente, hiatus ingens
 apparuit; magnamque omnibus inculſit terrorem, ne in pro-
 fundum aſci penas jam incredulitatis darent. Hunc hiatus
 adhuc extare ſerunt, & oculo quodam, ſinuſque meatu ad
 neſcio que purgatorii loca deducere. Marul. 1. 3. c. 4.

Poppo præbiter peregrinationibus clarus, in conventu
 ſolemi procerum Danorum (qui tum Vviburgi in Jutia age-
 batur, cum aſſentent novi pontifices, Reipentis, & Slevſvici-
 centis, & de religione Chriſti populariter ſuſcipienda diſce-
 rerent, eſſentque, qui ex adverſo patriæ, & avitæ religionis
 tuerentur jura Jimmiſcuit ſe diſſertationi, multa inferens ad
 convellendam vanam veterum, & ſuperſtitioſam religionem,
 & ad fundandam, & perſuadendam ſolidam, & veram Chri-
 ſti doctrinam, eoque tum exivit diſputatio, ut rebus potiùs,
 quam verbis veritas comprobaretur. Ecce, inquit, Poppo
 ferrum in modum chirotheæ fabreſactum, cui manus infra-
 tur cum digitis, jubeo totum igniri, ſpondeoque portaturum
 ſine læſione, in quem locum conſtitueritis, per virtutem E-
 vangeliſi Jeſu Chriſti, & veræ religionis ejus. Expectabant uni-
 verſi, ut impleteret, quod dixerat. Ille ignotum ferrum ma-
 nu induit, & intrepidus ſine ulla contractione vultus, aut ſi-
 gnificatione doloris, ad locum monſtratum deportavit. Cer-
 nite, inquit, virtutem Jeſu Chriſti, cui parent elementa om-
 nia, quippe, qui fecit cælum, & terram, & omnia in his G
 degentia. Nunc, qui aſſertor veterum ſidat religionis, quam
 coluit, experiat virtutem Dei ſui, quem adoravit. Obſtu-
 puere omnes, præſenti miraculo conterriti, & nutre non
 audebant: quippe antè inſanivere dederunt nomina: & facti
 baptiſmatis ad unum omnes, qui aderant, undam ſalutarem
 ſubiierunt. Quo merito in Episcopum Aruſienſem eſt omnium
 ſuffragio promotus. Crantz. 1. 3. Metropol. cap. 34. ex Saxoniis
 libro 10.

Idem jam Slevſvicens factus Episcopum ad Ericum Sueo-
 num Regem, qui pulſo Suenottone Daniæ etiam regnum oc-
 cuparat, miſſus magna populi frequentia in concionem evoca-
 ta de ſide verbum habuit: & ut præſenti firmaret opere ve-
 ritatem, candens ferrum (ut prius) quod chirotheæ formam
 præſerret, induit, & ad locum pertulit demonſtratum: cujus
 rei ſtupore percullſi præſentes, Chriſto mox crediderunt.

Quinetiam tunicam indutus ceratam, cum ſtare in medio
 populi, in nomine Domini præcepit incendi: ipſe verò oculis,
 ac manibus in cælum proreſſis, liquentes flammas tam
 patienter ſuſtinuit, ut veſte proſuſa ambaſta, & in ſavillam
 redacta, hilari ipſe vultu nec fumum incendii ſe ſenſiſſe te-
 H ſtare. Cujus novitate miraculi, & tunc multa millia per
 eum Chriſto Domino crediderunt, & uſque hodie per po-
 pulos, & eccleſias celebre Popponis nomen ubique ſervatur.
 Idem cap. 42.

ANDONIVS, in Hiſpania tum doctrina, tum miraculis cla-
 rus, cum ſuis precibus largiſſimum imbrem de cælo deduxiſſet,
 cum ea terra per ſeptem annos pluviã non ſenſiſſet,
 multos paſſim ex incredula turba ad verum Deum convertit.
 Volaterranus lib. 21. & Vincent. 1. 23. c. 92.

Prædicatione. Concionibus.

Vide Tit. Eccleſiaſticorum, & Monachorum.

ESDRAS ſacerdos Sarajæ F. ſub Dario Rege è Baſylone re-
 verſus cum Judæis captivis, populum abſque lege viventem
 docuit, ut qui divino ductu libros omnes factos à Chaldaïs
 exuſtos memoriter recitavit, & quinque ſcribis per xl. dies di-
 ſtavit. Vide Eſdræ libros.

PAULUS, Silan ſocium aſſumpto: perambulabat Syriam,
 & Cili-

& Cicciam, confirmans Ecclesias, & precipiens custodire A precepta Apostolorum, & seniorum. *Act. 15. 14. 16.*

In Eremo Capripada apud Mauros, per conversationem relegatorum martyrum, Maturiani nimirum, & aliorum, & per predicationem nominis Christi, magna Barbarorum multitudo ad veram pietatem, & Christi cognitionem est conversa: quemadmodum *Vidor* testatur in *Vandalica persecut. lib. 1. Zenone imperante.*

Hilarion vadens in desertum Cades ad unum de discipulis suis visendum, cum infinito agmine monachorum pervenit Elufam, eo forte die, quo anniversaria solennitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregaverat. Colunt autem illum ob Luciferum, cujus cultui Saracenorum natio dedita est. Sed & ipsum oppidum ex magna parte semibarbarum est, propter loci situm. Igitur auditio, quod sanctus Hilarion praeiret (multos enim Saracenorum arreptos a demone frequenter curaverat) gregatim ei cum uxore, & liberis obviam processere, submitentes obvia, & voce Syra Barach, id est, Benedic, inclamantes. Quos ille blandè, humiliterque suscipiens, obsecrabat ut Deum magis, quam lapides colerent: simulque ubertim sebat, oculos spectans, & pollicens B si Christo crederent, ad eos le crebro esse venturum. Mira Domini gratia non prius abire passi sunt, quam futuræ Ecclesiæ lineam mitteret, & sacerdos eorum, ut erat coronatus, Christi signo denotaretur. *Hieron. in vita Hilarionis.*

Inter Apostolicos viros Ambrosius Episcopus Mediolanensis eruditione, ingenio, ac diligentia in predicando ita praestitit, ut facile persuasum sit, non commentum fuisse, quod de illo quondam factum constat: ad os scilicet ejus in cunis jacentis volitasse apum examen, stridulo tinnitu eloquii futuri suavitatem portendens. Hic Aurelium Augustinum Manichæa hæresi tabescentem, suis predicationibus purgavit, sanumque reddidit. Unum tunc hominem convertit Ambrosius sed in uno homine totum panem terrarum orbem doctrinæ illius radiis illustrandum recepit. *Marul. 1. 5. c. 7.*

Ad Ofwaldum Northumbriæ Regem Donevaldus Scotorum Rex Aidanum Episcopum Romano, viro doctissimo quidem, sed concionatori inepto, successorem miserat, cujus concionibus populus ad Religionem Christi perduceretur. Cæterum cum Aidanus a Saxonibus non intelligeretur. Ofwaldus e vicino suggesto interpretem agebat, ita ut septem diebus xv. m. baptisma suscepit. Aidanus idem Nortumbrom C Pontifex dictus, pium gregem & factis monitis, & videndis exemplo erudit, atque ab Ethnorum impulsu, aditis nonnunquam Dei virtute miraculis, egregie est tutatus. Scoti monachi, ac sacerdotis, sacra doctrina insignes, variis ex locis, scientie Ofualdo, consularere ad Aidanum, ut sanctissimo viro in populo erudiendo auxiliares essent. *H. Boeth. 1. 9.*

Omnes Vandalorum populi, qui ad Aldeburgensem pertinebant curam, tempore Godfcalci Principis Christi fidem sunt amplexati. Cum in tanto divinæ religionis amplificandæ studio acceter, ut sermonem exhortationis frequenter ad populum in Ecclesia ipse faceret: ea scilicet, quæ ab Episcopis, & presbyteris Latine dicebantur. Vandalicis verbis interpretans. *Cranz. 1. 3. Vandal. c. 1.*

Alfonfus Congentium Æthiopiæ Rex, ad fidem Christi conversus, tanto studio pietatem coluit, ut non plus temporis in Reip. negotiis gerendis, quam in subditis ad cultum pietatis incitandis consumpserit. Habebat frequenter ad populum conciones de justitia, & pietate, de iudicii divini severitate, de sempiternæ vitæ præmiis, Christi disciplina, & sanctorum hominum, qui vestigia illius sequebantur, exemplis.

D Quamdiu denique mansit in vita, regnum perpetuo in Christiana pietatis officio, cum singulari probitate, & justitia laude, continuit. Emanuel proinde Lusitanorum Rex, qui Joanni successit, cum tanto ardore religionis studium in illis partibus excitari conspiceret, anno à Christo nato, m. d. iv. homines eruditos in illas partes misit, qui scholas aperirent, & artifices etiam multarum artium, multos libros Christianam disciplinam, & factorum omnium rationem, & Christi vitam, & hominum sanctorum exempla continentes, & Christi teos præterea calices, & cruces argenteas, & thuribula, ut facilius gentem in fide suscepta confirmaret. Ad hæc, sacerdotibus, & reliquis omnibus, quibus onus illustrandæ illius regionis imposuit, stipendium, & commeatum largè, atque munificè suppeditari præcepit. Eos rex valde amanter accepit. Multi vero certam ad illos undique conveniebant, ut Christo nomina darent, & sacro fonte abluti, in novum vitæ genus ingrederentur. Et quia neque sacerdotes linguam eorum noverant, neque plebs Portugallensem linguam intelligebat, Rex

interpretis officio fungebatur; & quod ab illis acceperat, habita concione suis nunciabat. Egit Emmanuel præterea cum E illo per literas, ut filios suos in Lusitaniam mitteret. Ita factum est ut non solum regis filii, sed multi pueri nobiles Olyssiponem venirent, & Emmanuelis sumptibus alerentur, & omnes artes homine libero dignas acciperent. Et quibus aliqui fide sanctis literis impense dederant, in Æthiopiæ reverfi, multis mortales ad Ecclesiam, & concionibus, & virtutis exemplis aggregantur. *Ofor. 1. 3. Em.*

Lezione.

MOYSES, cum iussu Domini librum legis scripsisset, Levitis arce fœderis gestatoribus dedit, ut ad latas arce reponerent, & septimo quoque anno in solennitate anni debitorum remissionis, festo Umbraculorum, cum Univerfi convenirent Israelitæ in templo, recitarent. *Deut. 31.*

JUSTIAS Judæorum Rex, impij Amonis F. ad Dominum conversus, anno regni sui xi. cum Helcias Pontif. Max. in templo librum legis reperisset, cum coram omni populo, seifis vestimentis suis prælegit, & cum Domino fœdus fecit, idola sustulit, facella profanavit ita ut nullus rex cum eo comparandus sit, qui se ad Deum tota mente, totaque anima colendum ita composuerit. *4. Reg. 22. 19. 23.*

ESDRAS Sarazæ F. sacerdos primarius fuit Judæorum Babylone degentium: cumque iis, permisso Xerxis, reversus, populum, qui ante duce Zorobabele redierat, ad meliorem religionis, & Reipubl. statum reduxit, uxores gentiles repudiare coegit, legemque Domini in Scenopægiæ festo recitavit. *1. Esdræ 10. 1. Joseph. 1. 11. c. 5.*

Scriptis. Commentariis. Interpretatione.

ORIGENES Philippum Imp. qui Gordiano successit, & Severam ejus conjugem scriptis suis convertit: ac tum demum scripta sua à notariis publicè excipi passus est.

Nicéphorum Basilicæ Paulinas epistolæ interpretatum fuisse, & lumine eloquentiæ Apostolicorum scriptorum obscuritatem altissimo spiritu terserat illustrasse, scribit *Nicet. 1. 7. de Gestis Manuelli.*

NOTGERUS S. Galli Monachus, sub Abbate Bernardo Pfalterium in linguam Francicam rudem adhuc, & inconditum convertit, circa annum Christi 886. *Stumpf. 1. 4. c. 17.*

ALAUREDUS, Rex Anglorum Psalmos, & orationes in unum libellum compexit, quem Manuale vocabat, ut Enchiridii loco esset. Scholam Oxoniæ aperuit, & Pfalterium cepit transferre in vernaculam linguam, & Uverefridum Vigorviesem Episcopum iussit dialogos Gregor. Saxonice reddere. *Ranulph. lib. 6. c. 1.*

LUDOVICUS, Francorum Rex, curavit libros Dionysij Arecopagite de Hierarchia Latinis reddi. *Sigebert.*

ETHELSTANUS, Rex Angliæ, per peritos doctores curavit Sacras Scripturas in Anglofaxonum idioma, ex purissimis Hebraeorum fontibus, transfundere. *Malmesburienf. lib. 1. c. 41.*

BEDA Venerabilis, Evangelium D. Joannis lingua Anglica paulo ante obitum, dum morbo affligitur, pro imperitis Latinæ linguæ, interpretatus est. *Malmesbur. lib. 1. c. 41.*

Exemplo, Conversatione.

Sub Ezechia Rege sanctissimo, Judæi quoque, & Israelitæ intermissum divinum cultum tanta alacritate receperunt, ut primitias omnium frugum libentissime conferrent, & rex H etiam ipse liberalitatem populi, Dominique benedictionem admiraretur. *2. Paralip. 31.*

D. Ludovicus, Francorum Rex, & ipse sanctus fuit, & eos quibuscum verabatur sanctiores fecit. Ii certè, qui in eum arma tulerant, eadem arma in hostes religionis continuo vertere. Theobaldus Campaniæ Comes, Petrus Britannici Ducis rebelles regi reconciliari sunt hac lege, ut in Afium contra Mahumetanos navigarent. Anglus trans Pyrenæos saltus, quo & Francus, militem misit adversus Africanos Barbaros, qui novis fere copijs populati, uterque Hispaniam non desinebant. *Emil. 1. 7.*

Clemens IV. Pontifex, cum regem ferre non posset, qua successores tenerentur, ipse sibi legem præscripsit, & cæteris exemplum præbuit, quæ ratione ecclesiasticis mores ad præfaram frugem revocari possent. Ante sacerdotium uxorem habebat. Procreavit ex ea filias, cum Pontifex splendidissimo matrimonio collocare posset, pristinae fortunæ suæ hominibus tenui

tenui dote despondit. Filio fororis multiplicata præbenda habita optionem dedit, quod eorum videtur, retineret, cæteris omisit. Si erga suos se præberet, qualem fas esset, reliquos non moleste laturos, saluti potius animorum quam cupiditati, ambitionique consuli. *Emil. 1. 7.*

OLAVUS Norvegorum Rex, cum prima feria cultello fustem per incuriam secussisset, atque ab his, qui proximè confisterant soluta se religionis fuisse admonitus, parfas repente se induas legit, factoque ex eis foculo, subjectam manum cremandam præbuit. Ne cæteri à divinitatis cultu avocarentur, quod pie dissimulare licuit, suppliciter expiavit. Cujus facti sanctitate æternum cognomen meruit. *Saxo 1. 20.*

NICOLAUS cognomen Peregrinus, natione Græcus, in oppido Apulio Teano feminudus incedens, & crucem ligneam manu præferens, Kyrie eleison clamabat. Eo clamore perurorum turbam excitabat, & hoc ipsum, ut ireratis vocibus secum decantarent, incitabat. Excogitaverat utique quemadmodum & stultus hominibus apparet, & à laudibus Dei non cessaret. Defuncti cadaver multorum languoribus contactu sanavit. *Marul. 1. 4. c. 4.*

DIDACUS Hispanus, Oxoviensis Episc. duodecim Abbatibus Cisterciensis Ordinis, quos Ecclesia Rom. ut ad Albigeos in fide erudiendos se conferret, elegerat, suavit, si in demandata cura proficere, atque libenter à populis audiri cuperent, mollia indumenta, præterea argentum, deliciasque omnes abiecerat, atque Apostolos imitatus, pedibus iter faceret, ut disciplinæ, quam aliis prædicaret, congruere ipsorum vita inspiceretur. Idque ipse primus egit, fructumque ingentem ex negotio demandato peperit. *Feug. 1. 7. c. 1.*

Precibus, Votis.

MARTIALIS, vir in ordine suo primarius, ævo jam gravis, & multum à religione abhorrens Christiana habitans Calamæ, & habebat fidelem filium, & Generum eodem anno baptizatum. Qui cum ægotent multis, & magnis precibus, & lachrymis rogaret, ut Christianus fieret, prolixus abnuvit, eosque à se turbida indignatione submovit. Visum est genero ejus, ut iret ad memoriam S. Stephani, & illic pro eo quantum posset oraret, ut Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Christum. Fecit hoc ingenti gemitu, & fletu, & sinceriter ardente pietatis affectu: deinde abcedens, aliquid de altari foras, quod occurrit, tulit, eique, cum jam nox esset, ad caput posuit. Tunc dormitum est, & ecce ante diluculum clamat, ut ad Episcopum curreret, qui forte tunc erat cum D. Augustino Hippomenf. Cum verò audivisset cum absentem, venire Presbyteros postulavit. Venerunt, & statim se credere dixit: admirantibus, atque gaudentibus omnibus, baptizatus est. Hoc, quamdiu vixit, in ore habebat: Christe, accipe spiritum meum: cum hæc verba beatissimi Stephani, quando lapidatus est à Judæis, ultima fuisse, quæ huic quoque ultima fuerunt, nesciret, nam non multo post obiit. *Aug. 1. 22. de Civit. Dei, cap. 8.*

Pii fletus quanta vis sit, Monica Augustini mater testatur. Cui pro filio Manichæa hæresi implicato, multum lugenti atque oranti divinitus dictum est: Ubi ipsa, ibi & illum futurum ab Episcopo etiam, quem ut pro illo oraret, cum fletu rogaverat, audivit, Fieri non posse, ut tantarum lachrymarum filius periret. Qui tandem Ambrosij Episcopi predicatione conversus, non solum errorem omnem abiecit: sed etiam errantibus viam veritatis monstravit, obscura quoque declarando, dubia edisserendo, certa confirmando, prava, & falsaque omnia plenissime confutando. Tantum profecit martiri pro filio lugentis assidua sollicitudo. *Ibidem & Fulgofus lib. 6. c. 9. & Egnat. 1. 6. c. 8.*

Pollicitationibus.

BONIFACIUS Moguntinus Episcopus, Thuringis nullum doctorem Evangelicum admittentibus, Christum salvatorem mundi predicavit, facta irruptione cum exercitu in terram eorum. Hi, Quisnam utilitatis ad se rediturum sit, quærent si sua Christo colla subiciant? Bonifacius, inquit: Si in eum credideritis, liberabimini ab omni malo corporis, & animæ, & ab inferi, ac diaboli potestate, & accipietis vitam æternam. Tum illi: Si decemis Regi Hungariæ quotannis pendendis per Christum liberemur, in eum credemus. Bonifacius igitur in somnis à Deo victoriæ promissionem accepit, Thuringos liberos à decimis pronunciat, certòque testatur, Regem Hungariæ nunquam ab eis in posterum decimas exacturum. Hoc

audiens rex, copias quidem in Thuringiam misit: verum collatis tignis, orante Bonifacio, Hungari vincuntur, Thuringi Christum amplectuntur. *Chron. Hemenacense.*

Federe, Jurejurando.

IOSEPH jam moriturus, post res maximas gestas, & populum Dei in terram Sanctam introductum, Israelitas omnes Sichemam convocavit, & Dei beneficia in eos commemorans, servitutum essent Deo post suum obitum necne, severè interrogavit. Illis verò constanter affirmantibus, Ioseph eo die fœdus cum populo feruit, eisque instituta, atque jura Sichemæ proposuit: cumque ea verba libro divinæ legis inscripsisset, factum ingens ibidem sub quercu, apud Dei sacrarium sita, crevit, quod testis esset adversum Israelitas, ne datam Deo suo fidem fallerent. *Ioseph. c. 24.*

Largitione.

BASILIVS Macedo Imp. multos Judæos magnis pecuniarum largitionibus promissis ad fidem Christi flexit, ac Christianos fecit. Gentem etiam Scythicam, quæ Rhos vocatur, in cognitionem divini cultus traduxit, adeò ut jam baptismum anhelarent. *Zonaras.*

Livonia à Meinardo Segebergensi Canonico fidei rudimenta percepit, Hartuici Bremensis Archiepiscopi auctoritate. Etenim reluctantium corda non tam verbi predicatione, quam muneribus expugnavit: ac Rigæ, quæ soli fertilitate, & navigationum commoditate maxime insignis erat, cathedralem totius Livoniæ Ecclesiam constituit, anno Sal. 1186. atque ut contra incurfiones munitret, in insula Dunaviæ fluminis (quæ post Kerckholm appellata, & Teutonici Ord. monachorum domicilium facta est) arcem construxit Meinardo extincto, Bertholdus Cisterciensis Ordinis Abbas cum locum capere justus armis instructus, cum larga peccatorum veniæ promissione eo venit, ut eos officium facere vi quadam cogeret. Sed ferociter equo in medium hostium agmen irruens, miserè confosus est: anno 1198. *Cranz. 1. 7. c. 13. Saxo.*

Edictis.

JUSTINIANUS Magnus Imp. tertio anno sui Imperii promulgavit edictum, ut nulla esset religio nisi Christiana in suis regionibus, & provinciis. Ac dedit inducias omnibus idololatris, tres menses, ad conversionem. *P. Diac. libro 16. Regum Rom.*

CHILPERICUS, Gallia Rex, multos Judæorum sua ætate baptizari iussit: pro quibus plerumque in baptismo, pro consuetudine Ecclesiæ, fidem spondidisse fertur: licet non pauci Judæorum ad vomitum reverterentur. *Greg. Turonensis lib. 6. c. 17. Histor.*

Arvernensium Judæorum synagogas cum à superstitiosis suis opinionibus ad Christi fidem traduci non possent, in die Ascensionis Domini, anno Tyberii secundo, populus solo æquavit. Paulo post Episcopus Avitus, legatus ad eos missus, Vi (inquit) ego vos Filium Dei confiteri non cogo: sed tamen prædico, & saltem scientiæ trado vestris pectoribus. Pastor enim sum gregis Domini, & de vobis ille verus, & summus Pastor, qui pro vobis passus est, dixit, Se habere alias oves, quæ non sint ex ovili suo, quas cum adducere oporteat, ut fiat unus grex, & unus pastor: Quamobrem si vultis credere, ut ego, estote unus grex, custode me posito. Sin minus, discedite loco. Illi multum, diuque secum deliberantes, & H dubitantes, tandem tertio die habito conventu, ad Episcopum legatos mittunt, hisce mandatis: Credimus Jesum Filium Dei vivi, nobis Prophetarum vocibus repromissum: idèque petimus, ut abluamur baptismo, ne in hoc delicto permaneamus. Episcopus cum gaudio accepto nuncio, in vigilijs Pentecostes noctu, urbe ad baptisterium egressus, coram se prostratam Judæorum multitudinem bapizavit, ultra quingentos, & in Ecclesiæ collegium adscripsit. Reliqui baptismum accipere recusantes, urbe pulsi, Massilian profecti sunt. *Greg. Turon. lib. 5. Hist. c. 11.*

Leo Maurus, imperii sui sexto anno, coegit Hebræos, & Montanos baptizari. At inveni Judæi baptizati contra propositum suum, diluebant baptismum: & sacre adhibiti synaxi, contaminabant fidem. Porro Montani divinantés sibi, & disfidentes fidem, domos introierunt errori suo deputatas, & incendierunt semetipsos. *Pauli Diaconus l. 12. Rerum Romanarum, & Cedrenus.*